multi scandalizantur in veritate quia aversi sensu suo non agnoscunt eam nec cre-
dunt eam esse veritatem. Qui omnes indigent ut convertantur a deo. Conversio autem
hec est mentis et voluntatis. Mens aversa per ignorantiam et mundanam sapientiam. Voluntas
per affectum seu sensus secundum mentem. quod in iudeis et hereticis supra patet. de quibus b.
virgo dispersit superbos mente cordis sui. id est cognitione et intentione affectus sui proprii
Mens enim notitiam seu sensum opinionem estimationem hic sonat. Sic dicitur Non sunt me-
me et hec est mens mea. Cor autem voluntatem et affectum sonat. Igitur summe
nos indigemus converti ne offendamus in veritate que nobis miro modo nos
obviat ita ut eam nequaquam advertere non possimus. nisi deus propitius nobis sit et con-
vertat faciem nostram [illegible] ad ipsam agnoscendam. avertendo iram suam a nobis ne dorsum
ad eam vertamus. Et sic avertamur ab ea. Nam hec duo se inferunt. Si nos
convertimur ad veritatem: avertitur ira dei a nobis. Si autem nos avertimur ab
illa convertitur ira dei ad nos. Ergo Converte si vis iram avertere. Quod ut
dixi impossibile est ex nobis nisi petamus a deo converti

Numquid in eternum irasceris nobis: aut extendes iram tuam a generatione in generationem:
quod non decet. ideo confido quod non frustra oro ut avertas iram tuam. ac si dicat Scio
quod non in eternum irasceris nobis ideo confidenter peto ut avertas. Quia numquid
in eternum irasceris. absit ut de te tale quid opinetur. [illegible] proprium est misereri [illegible]
tantum quod conversio. Ac si diceretur. Ut quid frustra oras? Videtur quod nihil sentiat
[illegible]. At si differt, non tamen aufert. non in eternum differet. Noli desistere.
Noli desperare expectando. Quia non in eternum. Sed

Deus tu conversus vivificabis nos. Et plebs tua letabitur in te
sicut [illegible]. In convertendo dominus captivitatem Zion facti sumus sicut consolati etc.
Ergo mortui sumus ante conversionem tuam: et mors nostra est aversio tua. Sed conver-
sio tua fiet vita nostra. Quia enim anima sit vivere [illegible] de tali enim vita hic loquitur
a qua deus aversus est quam est vita anime sicut anima corporis. Sed conversio ista
dei maxima et prima est quod venit [illegible] nature. Secunda ipsa venit spiritualiter
spiritum nostrum per fidem et charitatem. Tertia per claram visionem. Sic enim est no-
biscum una caro et nos cum illo unus spiritus. Verum secunda et tertia est potius
conversio nostra. qua ad eum convertimur. prima autem est eius propria et ineffabilis
qua ad nos conversus est. Sic dicit Convertimini ad me id est quod fit per spiritum et
convertar ad vos quod fit per incarnationem. Unde in Canticis Osculetur me osculo
oris sui. Hic enim conversus omnes vivificavit qui ei adherent. Et autem
dicit Conversus sine dubio insinuat quod fuerit prius aversus per iram suam
et indignationem qua mortui sumus. Nunc autem per charitatem et bonitatem conversus est
qua vivificavit nos. Unde patet quod iste versus non potest ad literam exponi de corporali
vita. Quia sic omnes vivunt et non vivificavit in adventu suo proprio secundum corpus
patres suos. Sed nondum est expressum versus. Si vivificavit ergo prius mortificavit
Nam mala vincens occidit ut occisos vivificaret. Sic quod sequitur. Et plebs
tua letabitur in te. quod prius letabatur in se et non erat plebs tua. Nunc
autem tristatur in se ut letetur in te. Quia omnes oportet lugere [illegible]

Vel [illegible] [illegible] ira [illegible] Et timet [illegible] omnes delatos [illegible] operam [illegible] ps. 6 [illegible] turbata est [illegible] quod in die [illegible] [illegible] convertere [illegible] et desiderare [illegible] re[illegible]